



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 83. Ludovicus Bertrandus & Ignatius Loyola Beatorum fastis a Paulo V.  
adscripti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Augusti mortuus anno ætatis suæ tri- Sæc. XVII.  
 gesimo octavo. Edidit tractatus tres A. C. 1609.  
*præcognitorum logicorum, systema Theolo-*  
*giæ, ethicæ, politicæ, æconomicæ, prudentiæ*  
*scholasticæ &c. præter historiam Ecclesiarum*  
*Waldensium, in qua tamen plus juve-*  
 nilis ardoris quam soliditatis exhibuit:  
 Huic pari fato successit Haraldus Hait-  
 feldus Oderbergenfis, Daniæ Cancellarius,  
 qua dignitate regnantibus Frideric-  
 rico II. & Christiano IV. summa laude  
 defunctus, decima tertia Decembris mor-  
 talitatem exiit. Reliquit posteris Hi-  
 storiam Ecclesiasticam, opus Chrono-  
 logicum, necnon Historiam & res ge-  
 stas Regum Danorum. Utebatur stylo  
 admodum gravi, iudicii sui maturita-  
 tem contestante.

§. LXXXIII.

*Ludovicus Bertrandus & Ignatius Lo-*  
*yola Beatorum fastis a Paulo V.*  
*adscripti.*

Hoc anno Paulus V. duos Viros san- Coste hist.  
 ctitatis fama celeberrimos Beatis Cath. Cel-  
 palam adnumerabat: horum primus e- leren. vita  
 rat Ludovicus Bertrandus ex Ordine S. Lud.  
 Fratrum Prædicatorum, qui die nona Bertr.  
 Octobris anno Christi millesimo quin-  
 gentesimo octogesimo quinto mortuus  
 stupendis gratiæ prodigiis inclaruit. Al-  
 ter

Sæc. XVII. ter erat Ignatius Loyola Societatis Fun-  
 A. C. 1609. dator, ad cuius publicos honores non  
 parum contulit Cæsar Baronius Cardi-  
 nalis; cum enim anno Domini millesi-  
 mo quingentesimo nonagesimo nono die  
 trigesima prima Julii Bellarminum de  
 Ignatii Sanctitate differentem audiret,  
 velut sacro quodam entusiasmo corre-  
 ptus repente exclamabat: quid diutius  
 cessamus? *afferte tabellam, quæ Ignatium de-  
 pictum referat; qua allata, ejusque iussu  
 admota scala ipse illam tabulam parieti  
 appendit; a quo tempore circum illum  
 anathematum piorum donaria affigi cæ-  
 perant, hoc pietatis excessu janua vo-  
 tis ac populi supplicationibus patefacta.*  
 Nec huic populorum sensui vel Cle-  
 mens VIII. vel post eum Leo XI. Ponti-  
 fices intercessere: Paulus V. tandem in  
 ejus acta & prodigia inquirenti jubens,  
 cunctis solerter expeditis die tertia De-  
 cembris sequens beatificationis diploma  
 edidit: *Dilectorum Filiorum Claudii Aquavi-  
 vae Præpositi Generalis, ac omnium Re-  
 ligiosorum Societatis Jesu nomine nobis nu-  
 per fuit expositum, quod bonæ mem. Ignatius de Loyola Fundator multis & eximii  
 virtutum & gratiarum ac miraculorum do-  
 nis a Domino illustratus sit, & ideo magna  
 sit erga ejus nomen & memoriam Christi fi-  
 delium devotio. Quapropter non solum  
 Universæ Societas, sed etiam omnes fere  
 Charis-*

Charissimi in Christo Filii nostri Reges, & Sæc. XVII.  
 dilecti Filii Nobiles Viri Principes Catho- A. C. 1609.  
 lici, necnon nonnulla Metropolitanarum &  
 Cathedralium Ecclesiarum Capitula, mul-  
 tarumque Civitatum Communitates, & ho-  
 mines nobis iteratis precibus humiliter sup-  
 plicari fecerunt, ut donec Canonizationis  
 honorem, quem dicto Ignatio ab ejus ex-  
 cellentia merito aliquando Divina aspirante  
 gratia habitum iri sperant, ab Apostolica  
 Sede impetrarent, eundem Ignatium Bea-  
 tum vocari . . . . Quare nos re mature  
 discussa concedimus, ut imposteriorum Beatus  
 nuncupari valeat. Postea Pontifex So-  
 cietati suismet in Templis Officii, Sa-  
 crificiique Divini solemnibus publicis  
 Ejusdem Beati memoriam recolere in-  
 dulsit.

## §. LXXXIV.

*Synodus Diocesana Mechliniensis.*

Sub idem tempus Matthias Hovius *Acta Mechl.*  
 Mechliniensis Archiepiscopus ad diem *Syn. Concil.*  
 quintam Maji Synodum indixit, in qua *Germ. t. 9. §.*  
 tamen potissimum decreta in Synodo  
 anni millesimi sexcentissimi septimi con-  
 stituta fuerunt innovata, eorumque ob-  
 servantia in usum deducta. Statutum  
 præterea, ut Parochi filios illegitimos  
 aut pauperes vel peste laborantes  
 Baptizare non renuant, etiam prohi-  
 bente